



**DE VITA || ET MORIBVS IGNA-||TII LOIOLAE,|| QVI  
SOCIETATEM IESV || fundauit, Libri III.|| Auctore Ioanne  
Petro Maffeo, pres-||bytero Societatis eiusdem.|| Ex  
auctoritate superiorum.||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Köln, 1585**

**VD16 M 110**

Confirmatur à Po[n]tifice Maximo Societas. Cap. XII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68259](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68259)

ctus.ac vere demum ineunte, frumenta partim ab ijs qui suppresserant, sponte prolata; partim à magistratibus aliud conuecta sunt. Ea re non mediocriter annona laxauit; grauique perfunda periculo plebs, Deo adiuuāte, ad solitos quæstus & opicia redijt.

*Confirmatur à Pontifice Maximo Societas.*

*Cap. XII.*

Interea, cum ad Ignatium studio religionis aliqui subinde se adiungarent; nequaquam immemor ille, quod ad Societatem confirmandam attinebat, negotijs paulo ante suscepit; quidquid à publicis occupationibus otio datum est, in eam ipsam rem diligentissime contulit. ac primum totius instituti formulam ( fusius postea explicandam ) ad certa capita dilucide redegit, ac breuiter, deinde nactus opportunitatem, quod Pontifex Maximus per autumni ferias è turba negotijsq; Tibur sece receptorat; eam formulam auctoritate Apostolica sanciendam eidem Pontifici suppliciter obtulit per Gasparem Contarenum Cardinalem, de quo su-

pra

pra dictum est, ob egregiam virtutem  
sapientiamq; Principi in primis acc-  
ptum, nostriq; ordinis amicissimum.  
quam ille vbi perlegit; confessim, Spir-  
itus, inquit, Dei est hic. ac multa præte-  
rea in eam sententiam adiunxit; quare  
considereret recentem huiusc manipu-  
li ardore, tali tempore diuinitus excita-  
tum, afflictis Ecclesie rebus non leui tū  
præsidio, tum ornamēto futurum. Ve-  
rumramen, vt in tanta re ne minus cō-  
sulte quidpiam statuisse videretur, to-  
tum negotium delegauit tribus viris ē  
sacro collegio Cardinaliū, apud quos  
minimum loci fore putauit gratiæ. In  
ijs fuit Bartolomeus Guidicionius  
Lucensis, vir diuini humanique iuris  
appreme peritus, idemq; nouarum re-  
ligionum adeo non amicus, vt de ijs  
ad certum numerum redigendis librū  
etiam conscripsisse dicatur. Is, præiudi-  
cata iam causa, collegas nequaquam  
propensos in Ignatium, facile in suam  
sententiam adduxit, certamq; prope-  
modū confessamque rem, consilio &  
auctoritate sua pœnè discussit. Quod  
vbi sensit Ignatius, parū præsidij ratus

in

in hominibus esse, ad opem diuinā de more confugit. ac præter ieiunia, supplicationes, cæte rāque ad numen propitiandum adhiberi solita, cælestes insuper hostias eo tantum nomine per se & per amicos immolauit ad tria milia. qua procuratione, intra finem anni vertentis, cum cæterorum, tum præcipue Guidicionij ita immutata volūtas est, vt cum de multitudine religionū cohibenda idem quod antea omnino sentiret, huic tamen refragari se vltra negaret posse, diuino videlicet monitu, & occulta spiritus operatione vehementer instinctus. Ita, qui diu valde anxious habuerat Patres, corumque spem varijs frustrationibus propemodum extinxerat, idem vna cum cæteris collegis repente placatus ac fauens, rem vltro suscepit, commendauitque Pontifici, Tibure denuo commoranti; qui libentissimo animo & Societatem ipsam, & Societati inditum nomen rite sancteque approbauit V. Non. Octobris, anno M.D. XL. idq; testatum voluit esse publicis litteris codem die locoq; datis; cum eo tamen, vt in vniuersum

sum

sum socij ne plures sexaginta numeri  
rentur. Ea videlicet fuit nouellæ Societatis  
quædam quasi probatio . siquid mis-  
triennio post, cùm varijs locis atq; pre-  
uincijs Deo adspirante constaret ege-  
gius operæ fructus ; ab eodem Pontifi-  
ce limes ille omnino sublatus est, libe-  
rumque Ignatio & successoribus reli-  
ctum , cuilibet petenti Societatem da-  
re. quod item apparet diplomate dato  
pridie Idus Martias ann. M. D. XLIII.

*Præpositus Generalis creatur Ignatii.*  
*Cap. XIII.*

**I**gitur post multas difficultates ap-  
probata denique Societate ; gratia  
primum (vt æquum erat) actæ superis  
quorum benignitate res bene felicite  
que vertisset: deinde, quoniam in die  
à Pōtifice missio Patribus immineba-  
è suo corpore Præpositum Generale  
(sic enim qui cunctis præcesset appella-  
re placuerat ) primo quoque tempore  
deligere visum est. Societatis autem  
status per id tempus erat eiusmodi. Fr.  
ciscus Xauerius , & Simon Roderic  
in Lusitaniam erant profecti. Petrus  
Fabru